Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 808]

, 22.

Sacramentarius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum S. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarius dicitur. Prelo submiserunt Gusanvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 2.

Digna quoque est quo legatur, profatio ad novam editionem Operum Thomasii Cardinalis, curante Vizzosio, Roma, 1750. Tomo 3.

Cod. XV. deest

Membran. Fol. Soc. 14.

4 Evangelia.

1. 2.2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgata versionis; capitum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies hoc: Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu index partium earum, quae quotis festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dictus Capitulare Evangeliorum; hoc 18 folia complent. – Folio sequenti: Incipit prologus nempe S. Hieronymi in Comentar: Super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis vires canendas. Vid. Martianay Opp. S. Hier. Paris. T. 4. – Folio 21 legitur: Singulis Evangelis ab uno incipiens, quod fragmentum est Profationis mox sequentis. Nam pagina aversa incipit S. Hieronymi nota Profatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me / facere, quod a scriptore omissum: / cogis ex veteri; verum et hanc cum praecedenti fragmento truncare placuit scriptori. – Alter istam excipit Prologus Super Matthaeum: "Matthaeus ex judea, sicut "in ordine primus ponitur", cujus auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martianaeo ante Evangelium Matthei secundum versionem Italicam sine indicio

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 808]

, 23.

codicis Ms. item a Petro Sabatier Bibl. Sacror. lat. vers. antiq. seu vetus Italica, Paris, 1743. Fol. T. 3. p. I. ex Ms. Colbert. n. 4051. ubi ex notis adjectis videre est, prologum nostrum cum Ms. Eccles. S. Mart. Turon. n. 174. maxime concludere. Licet hic prologus prosixus sit Bibl. Editioni Erasmiana T. IV. 1534. Paris. S. Hieronymi eum non esse, tamen idem Erasmus contendit T. III. p. II.

Post hoc sequuntur capitula, seu breves summa eorum, quæ in quovis Evangelii capitulo continentur. In calce eorum conspicitur icon genua flexentis Capici, vinculis ac compedibus constricti, schedam manibus erectis tenentis, hoc versu: Angele præclare, mihi, de precor, auxiliare; cui angelus in circulo, quo circumdatur, respondent: virtutum vere, faciam te flore nitere. – Proximo folio pagina aversa et subsequentibus exhibentur 10 Canones, id est, tabulæ loca parallela Evangelistarum ostendentes, de quibus S. Hieron. in dicta prefatione ad Damasum: "Canones "quoque quos Eusebius Cesariensis Episcopus Alexan- "drinus secutus Ammonium in decem numeros ordina- "vit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si "quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Evangeliis, vel "eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione "cognoscit". Ex quibus et origo eorum et usus satis patescunt.

Paginam ultimi canonis si vertas, conspicies imaginem sedentis cum prole Virginis Matris, cui supplices adstant Monialis ut videtur, Chunegundis, et Sacerdos nomine Heinricus Presbiter, librum Mariæ offerentes hoc lemate: Sit liber iste pia tibi gratus Virgo Maria; quibus illa: Protego viventes, salvabo vos morientes. Ex quo palam fit, Heinricum hunc nostrum exaratae codicem. – Tandem ipsa Evangelia. Evangeliis Marci, Lucæ et Joanis pariter præmittuntur prologi et capitula authorum ignotorum; de quibus si plura cupis, adeas prædicta Biblia P. Sabatier T. 3. et Erasmi.

In calce denique ipse codex laudat calligraphum suum hoc subscripto: Qui me finivit, hei! quam bene scribere scivit! videtur manus sæc. 14.

Non adest.

Cod. XV ist seit 1940 in New York, The Pierpont Morgan Library, M 808 (Institut für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Exkursionsprogramm 1991, S. 27)

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 8

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27390